Fru
Can

CANDIA
ANGVSTATA.

Ad Us. F. Antonij a Regina
Ordinis Minimorum

CANDIA
ANGVSTATA

Prouidentissimis
SERENISS. VENETORVM
REIPVBLICÆ
Viribus miraculosè defensa.

AVGVSTISSIMIS
ORBIS CHRISTIANI
PRINCIPIBVS

Humillissimis Suasorijs, Latinè, ac Italicè,

PER FRANCISCVM
FVLVIVM FRVGONVM
Minimum Peregrinum, declamata.



VENETIIS, M. DC. LXIX.

Ex Typographia Combi, & La Noù.
Superiorum Permissu, ac Priuilegio.

SERENISSIMO DVCI

DOMINICO CONTARENO,

AC

SERENISSIMÆ, ET INVICTISSIMÆ

VENETIARVM REIPVBLICÆ

AVTOR,

Victorias vouens perennes, seipsum, & calamum sternit.

TAntæ fulgido Maiestatis Throno trepidulus sistor scio etenim per aliquas datum morulas Noctuæ Solem cernere, sed non discernere, quin imo in

eius pœnam audaciæ cæcutire. Adeò, SERENISSIMI, vestro superfusum lumine, meum, qualecumque, ingeniolum animatur, vt interminato lucis in pelago gaudeat certo velificare naufragio. At quis vnquam immensum magnæ VENETORVM REIPVBLICÆ laudum æquior in gressus euasit felix? Cùm in hoc vestro mirabili Imperij Emporio, etsi omnium votorum porto, stupentes mergantur animi, & vestro fluctu ansfalo quæ

uis

uis Eloquentia grandior, vestro Sapiẽtiæ sali comparata, infatuetur. Hoc meæ conspicuum deuotissimæ solatium temeritatis, quæ dum omnibus ferè locutura Europæ Principibus peregrinatur facunda, in te omnium Compendio Principum, Excelsa Republica, quæ tot Augustos habes, quot Purpuratos, & quot Regentes, tot Reges, humillima desinit, quia tanto inferior Argumento redarguenda, a te, pro te, & in te incæpit. CANDIA ANGVSTATA

mei proſtat ſubiectum eloquij, & in hoc recenti admirationis Aſsumpto, veſtræ, SERENISSIMI, antiquæ admiratio concluditur Politiæ. Pugnaui Stylo dum vos pugnatis Prouidentia; & vtinam valeam Principum mentem his meis Suaſorijs diſertè expugnare, ſicut vos conſilio & viribus, Candiam ſtrenuiſsimè propugnatis.

PO-

POLITO, ET POLITICO LECTORI.

TOti locuturus Orbi Christigenæ calamum resumpsi latinum, vt latius volaret ad votum, etsi per Italicæ amœnitates linguæ lungius desuescat.

Principibus Europæ declámaturus ostratum induit Genius stylum, vt Reginam Candiam, bellicos inter languores gementem, floribus adhuc Virginem, & nondum Victimam, fulciam.

Claustris, & non Castris adscitus, armis, quibus valeo, feror in prælia, conscius omnes, generoso feruentes sanguine, debere pro causa communi pugnare.

Paludata idcirco fluit Oratio, & ne sit imbellis æstro entheata prosurgit poetico, arcuque in Thraces Apollineo munita, dum militari expedita incessu, ad tubarum clangorem, & bombardarum strepitum resonat, lorica nitescit fulgida, loricato fulget nitore.

Sic mea se Palladem, Minerua, inter Musas, etsi solutas prosaicis, harmonicis arctatas numeris, exerens, etiam lusibus vocum illinita ridentibus, seueram exhibet maiestatem, hastamque gestans acuminosam in orientis Draconem belligera chlamydatur.

Scio

Scio quosdam Sciolos, propria, suorumue iactare solitos, & solum, vel tepidè aliena laudantes, vel venenosè carpentes, hunc meum, qualemcumque, sublimioribus tamen probatum iudicijs, depressuros, vel discerpturos laborem Crisique Pædagocica fætentes, nedum infestos, his admouere paginis dentes impudentes parari. Illos derideo, nec reformido, proprium est enim CANDIAE ANGVSTATAE canibus cingi mordentibus, at non timere.

Omnes reputo corruptibiles, quæ sine sale farraginantur, Scripturas: sine spiritibus cadauera: stultas sine furore: sine floribus putidas: sine acuminibus obtusas: sine sententijs damnandas: sine luminibus cæcutientes: sine subtilitate

obeſas: ſine pondere vanas: ſine eminentia calcandas.

Nullum, quod hucuſque ſciuerim, plauſus excitauit communes Ing·niũ, quod communa li depreſſum ordine, pedeſtres, etſi dimetitos, protulit paſſus. Volandum eſt penna, non reptandum: Et Virtu s pe ardua, & imperuia peregrina, non inter turbas, ac paludoſa, inuenitur familiaris.

Reliquum, ſi mi Lector Politus es, plurimum hic curæ, & non inane reperies: ſi Politicus, multum conuenientiæ, & decoris Principum deprehendes. Si neutrum, abſcede, non enim impolitis, & non politicis ſcribo, ſed cui mea valeat dictio, quia vtilis grata; & ideo vale, ſi vales; quòd ſi non vales etiam Vale.

CANDIA

ANGVSTATA.

SVASORIA.

HEV qualis hucusque palluit, sulphureis exagitata bellorum fluctibus, nutans Candia! Heu qualis iamdudum sopitur, ferè nullis expergefacta spiritibus Christiadum gloria! *Cãdia.*

Odrysius sordens Sisara fœdo Scortorum euiratur in gremio, & tamen sæuiens inter delicias, languentis Cretæ dilacerato iam sinu, quatiens obnubilat caput; nec adhuc Stellæ omnes Christiferæ, contra ipsum, repentes, ne dicam stupidæ, pugnauerunt. Clausus minatur vincula, iacens *Magnus Turca.*

mo-

molitur ruinas, turpes inter amores inextincta confouet odia; & dum se Martem ad conflictus exercet Veneris Iouis Regiam ambit ad stuprum.

Seculũ nostrũ. Absona Seculi nostri calamitas, trenico deploranda eiulatu, flebili parentanda Parenesi, tetricis lineanda tricis, pullatis linienda coloribus, extrema pertimescenda Catastrophe!

Cãdia. Infelix Candia, ignibus exusta catharticis, æneis faucibus laniata, ferreis discerpta dentibus, ad Lunæ crescentis audaciam suspirans spirat; & si non deficit præ ineluctabili Defensorum euiscerata constantia, deficiet tandem præ Christicolarum experta nimium, & nondum satis experecta segnitie. Ah quot confossa vulneribus! ah quot refracta incursionibus! ah quot concussa cuniculis! Armorum vallata montibus, Circumcisorum circumsepta fatiscit insidijs: squalentem faciem

ciem ad inimicorum efferatam sustinet aciem: efossis præcordijs non excordata, *ab ipso ducit*, quo terebratur, *animum ferro.*

Minaces Turcarum Euri atras in ipsam agglomerant tempestates, anhelis circumstant hiatibus, igneis impetunt nymbis, tenacibus restringunt amplexibus, vt eam conuellant, deuorent, opprimant, teneant. *Canes* hi rabidi Reginam *circuunt Ciuitatem*, eique Regale Paludamentum conantur rescindere, mordentque imperterritam, vt regio deturbent à solio. *Turcæ.*

Totus conspirat Pluto in Minois Aulam. Belligeris Erinnidum facibus exagitatur Idæus, & mons, qui fuerat olim Veneris, Charitumque columna, modo Megeræ, Eumenidumque vertitur in coloniam.

Absumitur (Virgilianis exprimam numeris) *Cãdia.*

. . . . *nigris exesa Chelydris*
Creta,

&

& inibi armenta sunt arma. menta, messes vulnera, mortes pascua. Bacchatur inebriatus cruore Fidelium Mauors infidus, & vt Iordanis emorientes riuos exhauriat Candiam nititur absorbere. Hæc geminato murorum chasmate, duplici velut ore, destituentium opem, opesque implorans, hærentium adhuc opitulationibus fraudata ingemiscit, dum tot robustissima torpent brachia, dum tot præfulgidi enses reconduntur.

Principes Cristiani. Ecquis vestrum summi Terrarum moderatores, Regnorum sidera, Orbis Catholici Luminaria, Fulgura Martis, Imagines Dei, ploranti vt arrideat Candiæ non expergiscitur? Quis propria non erubescat pudens in pùrpura, si suo non erumpat prudens a throno, & trabeatam induens fortitudinem, generosiori, quo valeat, non succurrat impendio; non currat celeritate, vt Christianitatis ab Antemurali Turcas propellat truces,

ces, & Lunatas Mahometicorum Phalanges solaribus radijs euertat: ne verificetur, quod vlulanti carmine cecinit Ieremias, vestrorum inde murorum imminens dissipatio.

Iam quinque illustria per mearunt Lustrorum fata, quibus inuictissima Venetorum Respublica, sibimet impar nunquam, inexplicabili enixa consilio, nullius ferè emendicata potentia, propria redimita constantia, acres in Barbaros pectus heroicum effert, immemorabili æqualitatis exemplo; memorabili qualitatis virium argumento. *Respublica Veneta.*

Pallas hæc, quæ tot exorta capitibus, tot Ioues habet, quot Patres, inoccidua micans dexteritate, inflexa dimicans dextera, toties anguiferam subegit Gorgonem, quoties Asiacam expulit feritatem. Infrenduit sub eiusdem pedibus, inuacillabili firmitate suffultis Orunthius Draco, & Gnossiaca Tellus, quæ tot patitur, impiam erumpentes ad Heca- *Creta.*

tem

tem Noctuas, quarum in Oriente caligant oculi, adhuc sub huius hasta Mineruæ, diuinum (sed heu ad occasum) crescente Luna, prospicit Solem. Paralyticis circumcussa tremoribus, inter spem, & metum hęsitantibus palpitat palpebris; & quæ pupilla est ocularis, vt Bosphori Thracij, o Principes, in vos detegatis insidias, pauet iam se pupillam sine vobis tutoribus exheredandam.

Candia. Tenacissima in Creta Candia est, & ideo se tenuit tandiu tot, ac tales ad pugnas non expugnata. Perennes tot inter rogos Phœniciali reuixit fatalitate: & dum cathastatis hastis, dum aligeris telis eidem Pyra conficitur, inter tot fumos dignè superbiens, seipsam toties renatam, quoties defensam tuetur.

Magnus Visirius. Verùm Serpens Magnus Visirius, ni eam comedat terram moritur, & ne capite deturpetur absciso in capitalem Regni turpiter coniurans eiurat.

Strin.

Stringit, ne ipse dilabatur, ob-
lessam: torquet, ne torquea-
tur, intrepidam: præfocat,
ne strangulетur, excussam:
rimatur, ne supprimatur, hæ-
rentem: angit, vt respiret,
afflictam. Suo timore feroci-
ens, proprium in Candiæ ne-
cem vertit periculum, eique
præueniens funera, sepulcra-
les fatigat foueas, & intentus
operi, vt destruat, fertiles (heu
quantum!) agit malorum are-
nas: Ceruicali fronte dure-
scens, in Candiam excande-
scenti fremit tyrannide; & vt
aliena rapiat seipsum discer-
pens, suos ambit perdere; &
mauult perire, quam recede-
re obsessor, non tam Vrbis,
quam opprimit, quam obsi-
dentium, quos premit. Im-
mani seueritate Politicus, ne
ipse exhonoretur Virginem *Cãdia.*
candidam violare, totis arti-
bus, totis artubus, pertinaci
c nctatione sollicitat & etiam
non dormiens victoriã somni-
at cruentatus. At vigiles Argi,
qui Iuuencam Iouis custodi-
unt,

unt, insanientis deliria conuertunt in phrænesim.

Eques Fràciscus Maurocenus. Explicat Genethliaco in Stemmate nobilissimam Iridem, tot inter turbines fulgidiorem, Franciscus Eques Maurocenus, Maris Mars, Piratarum terror, Pythonum Apollo: isque ineluctabili firmitate, sicut se in vndis, nocturno clariorem triumpho, Nectunum in Phocas reddidit, ita se in terris, fulmineo fulgurantem brachio, prudentissimo coruscantem lumine, Iouem in Titanos accendit.

Catarinus Cornelius. Inde, tanta emulatione viuidior, Catarinus Cornelius, Generalis Prouisor, omnia prospicit, & triumphales suo nomine mouens rotas, regale suo agnomine admouens cornu, contra Lunaria refulgens cornua, se huius Ilionis Hectorem, totis viribus, & virtutibus explicat.

Hieronymus. Battalia. Non legnior generosus Battalia, huius fatiscentis Nauis Palinurus, sed nusquam occi-

duus,

duus stertens, sua etiam appellatione belliger, omnia impenetrabili pectore repellens iacula: dum effossi corruunt muri, viuam se aggressoribus obycit turrim.

Quid eloquar de Monbrunio Gradiuo, qui, iuuenili senectute feruescens, inter niueas capitis comas eo viridiores cumulat Laureas? Corne, anne caput generalis Exercitus, militat pro Leone Gallus, & Leonis animum sub Galli appellatione detegens, proprio stillans, ideoq; scintillans sanguine, dum fatigatos, sed infaticabiles, curuat humeros, spiritus erigit reuirescentes. Plũbeas excipiens glandes sinu, æneum se vigore, aureum merito profitetur: & ne succumbat inglorius, mori potiùs, Francorum magnanimitatis assertor, quàm turpi fędari desidia, protestatur.

Marchio S. Andreæ Moncbrunus.

Francorum Natio.

Æquali, sed æqua, decoranda laudis coronide, tot Candidatorum in Candia non obrigescit in tanta obsidione strenui-

Defensores Cãdiæ.

nuitas, sed tot nitidior vsibus ad cotem hanc militarē toties rotata exacuitur. Quot Duces, tot Luces, quæ militantibus iter, ad caligantium tenebras nubium, quas Infernus euomit, illustrant præcursores ad prælia. Quot Bellatores crucifero ense tuentur Crucem tot *Stellę* progrediūtur *matutinæ in medio nebulæ*, quæ Lunæ sanguinea effusione funestæ prosurgit, vt diem sepeliat.

Micant dum dimicant: fulgent dum fulgurant: oriuntur dum moriuntur, pro Patria, pro Fide, pro Deo, tutelares Candiæ Propugnatores.

Cādia. O terribilem obsidionum omnium, quas Historicorum efferunt dum referunt pennæ, Anacæphaleosim! In arctata (heu nimium) Candia omnia sunt restricta præliandi generum molimenta, & quæ non excogitauit Vegetius inuenit Vexatio.

Voluntarij. Palestra hæc furentis Bellonę, Italos, Gallos, Germanos, aliosue diuersarum armi-

migeros gentium curiosiores honoris, allexit & non minus, ac famosa, famescens, auxiliari pabulo inhians, tot traxit tutantes Angelos, quot nobilissimos Voluntarios, vt experimento dicant, quæ viderint, & discant, quæ fecerint, tàm magno Tyrocinio magistrati.

Sileat iam Belgium, ferue- *Cādia.* scens olim armorum Emporium, fremens militarium Euripus fluctuum, vbi quotquot in Castris exercuit gloriosa vincendi ambitio, Astris inseruit ambitiosa moriēdi gloria. Sola Candia, quæ cæteræ diuisim passæ sunt Arces, collecta tenet.

Sudat calamus tot calamitatibus impar delineandis. Friget manus tot tepentium dexterarum glacialibus repercussa torporibus. Horret mens tot imagines deuastantium Furiarum, quot sunt inefrenes agredientium furores, queis, dum ministrantur arma pugnacibus, inpugnatorum

mini-

ministeria non exarmantur.

Resp. Veneta Interea excrescit, & quo diuturnior, eo damnosior, Leoni febris Hadriaco: Is tamen non consternatur, nec pauitat, sed iubalem excutiens coronam rugit, vt timeant hostes; & nitidas acuens bellator vngulas, Virginem suam à scortatoribus perspicacissimo tutatur obtutu.

Summ. Pontif. Imper. Rex Gallorum. Inter hæc Cherubicum obsecrat Bouem Ecclesiæ, primum Animal sacrum, Austriacam aduocat Aquilam, Virilem Galliæ attrahit Hominem, cùm iam non valeat solus currulem hanc machinam moderari.

Ah si tandem hæc ad Victoriam spiritosissima iugarentur Animalia quot monstra horrenda, & immania subiugarentur in victimam!

Nulla sanè Quadriga victricior si *vnumquodque ante faciem suam ambularet*: hoc est, si Fidei se defensorem offerret suæ; nec *reuerteretur cum incederet*, sed *irent* semel, &

& simul *in similitudinem fulguris coruscantis*, Ottomanici *currus Pharaonis, suo cum Exercitu, demergeretur in rubrum mare*, Thracio Hellesponto Barbarico sanguine rubricato. *Turca.*

Viuat interim, & viuat Clementissimus Clemens Nonus, quem non otiosè Cherubici ad Symbolicum Bouis Iconem vmbratilis retulit calamus, quia semper, *magnus Sacerdos*, Cœlestia ruminans, *in tempore iracundiæ factus est reconciliatio*; & indefessus pariter, ac indeficiens, vos Christiadum Proceres conuenire conatur, communis ad propellendas hostis insidias, & ad quassanda, tot incrementis solita insolentia procacia, Lunæ cornua Tartareæ, ne Diuo opposita impudens Soli plenam audeat eclipsim inferre, totumque, saginata cladibus vestris, Orbem complere. *Summ. Pontif.*

Ah si pennas excutiat Aquila regias, aligeroque iuncta Leoni, vero fulmina Ioui mi- *Austriacus.*

nistret, Solisque iubar Diuini suarum protegat alarum sub vmbra, inextinguibili gloriæ lumine catholicus erumpet fulgor è limine, quod Luna eidem suis maculis, velut machinis, contrahit tetra, postquam teterrima impietatis atredine, nocturnis euaporatâ præstigijs, squalenti Fidei Auroræ lachrymabilem in Oriente iamdudum inuexit occasum.

Imperator. Te Pietas quærulis deprecatur amoribus, Imperator pijssime Leopolde, qui Leo pollens non appellatione tenus, sed munere, non solum nomine, sed etiam omine diceris Cæsar, vt Barbarorum cæsas abijcere copias cures, & curras, turbataque infidelium agmina imperturbabili valeas prosternere maiestate.

Germania. Ah si tuus in Europa, fluuiorum Princeps, Ister in Asiam effluat; non iam palustres quatiens calamos, sed lanceas aggerens inflexibiles, en Turcica bellorum incendia, in Christi-

cola-

colarum ſecuritatem ſerpenti voracitate gliſcentia, exuberanti opportunitate rextincta.

Quid non portendat ſpumoſo minax gurgite Rhenus, ſi ferrens efferatur in arma, vt ſe Iordanis ſordium, quas Arabicus intulit limus, vindicem exhibeat clareſcentem? Quas non rapient palmas Moſella, & Mœnus, ſi Paleſtinæ ſe Mæandris, vndequaque circumfuſis, ſed non confuſis interſeruerint? Terra Sancta hæc melleo ſcatens dulcore, lactea exundantia redundans, ijs repromiſſa proſtat in præmium, qui pro vera Fide non deſides, non colluſoria chlamydati ſurgunt ad prælia. Chriſtus, Exercituum Deus, cui *mel*, *& lac ſub lingua* complexum policitationibus complent ſuauibus dulcoratum, ſuis, quæ contra Fucos aculeatæ pugnarint, Apibus fauorabiles exhibet fauos: Suis Paſtor Ouibus, quæ fœdis diſpergentium *Paleſtina.*

fechnis Luporum agminato restiterint fœdere lactantia vbera gratus repromisit in pasculum.

Imper. Quid igitur si Leopoldus armetur ad pugnam in Thraces? Nonne biceps Aquila Hydre Mahometicæ capitibus præualens, pro rostris stabit inuicta, vt *dilectus* Cæsar Altissimo, *quemadmodum filius Vnicornium*, Turcica pellere venena, Aspidumque noxios eliminare liuores ediscat?

Respub. Venet. O quam aptè Austriaca Leoni adnecteretur Aquila Veneto, cum hic Aquilinis, ab Aquileia depromptis, ad astra peruolet pẽnis; & illa magnanimis præfulgens nisibus Leonina fortitudine roboretur.

Germ. Nulla germanior, quam ab Imperatrice Germania contra Ottomanicos Manes Hadriacæ Reginæ confederatio. Assueta Draconum bellis Aquila montes, quibus Catholicus sepitur Orbis tuetur excubans: Impauido fulgens pectore Leo terribilis, immani-

bus

bus Lunæ cultoribus se profe- rens Cynocephalis, Æquoris litora vigili tutatur excursu, nec truculentis Orcarum faucibus exterretur. *Venet. Resp.*

Si pugnet igitur pro Cœlo Aquila in terris, Orbis Christicola non amplius horrebit hostem Erynnali erumpentem gurgite, cuius elusit tandiu astus, dum pro suarum manutentione Terrarum Hadriacus Leo dimicauit.

Imperium quod seruat Aquila extendet alis, si Dominium, quod Leo possidet, distendat vnguibus. Non rapinam fas est arbitrari prædam auferre Prædonibus: non sæuitiam censere cladem sæuientibus inferre. Si quis repetat propria iustitia est, non inuasio, etenim Tyrannorum exuuiæ spolia sunt Libertatis. *Venet. & Germania.*

Combinentur itaque arcto deuincti ligamine, vt liberiores exeant in volatus Aquila, & Leo, & sua sibi ipsis restituant Regna: Æquum enim est, vt Asia, & Aphrica, Aqui-

larũ, & Leonũ nutriciæ, Aquilæ, & Leoni adultis subijciãtur. Leonina sit Aquila: Aquilinus sit Leo. Hic Maris exerceat funditus potestatẽ: illa Cęli extollat superius celsitudinem. Dũ tonat Leo flammifer, fulminet Aquila radians, & perspicacissimis ambo luminibus, dũ Solẽ prospiciunt inocciduum, Lunę ab eclipsibus ferreis tueantur.

Turca. Nulli supra Lunam, quam Sol excelsior premit dominio, dum imprimit lumine, vapores tumitant: Nulla sub Luna, quæ Leo, & Aquila dissipauerit, proserpent nubila. Animalia hæc Regia, non Sublunaria sũt, sed Solaria; Polo igitur Solem aperiant, Soli Polum. Salo fluxus & refluxus Lunares inhibeant: Salo solatia luminis sereniora concilient, & vt noctem prorsus depellãt Lunam abijciant, vel alienis adauctam ditionibus minuant.

Aquila Austr. Leo Venetus E cur dormitet Aquila, dum Leo *vigilat, sacri thesauri*, hoc est Fidei, *custos?* Suã illa, bellicas exacuens vngulas, Hungariam

riam

riã recuperet victrix, dum hic belligero callens anhelitu suam retinet Candiam. Tenacibus fæderata nexibus Leoni tandem iungatur Aquila, vt Cœlum ludo arrideat risu, vt mare placida placeat aura; vt tot mutam in malaciam strepentes mutati turbines compescantur; vt nectareos sidera in influxus rorantia, solatioso Terram afflatu, tot dumis, & tribulis implicatam fructuosis floribus fulciant.

Astrigero Arctophilax scuto, impia Turcarum retundēs iacula radiosis exardēs spiculis Lunares Arcus euertat; & dū *iustorum exaltantur* Exercituum *cornua*, cornuta impiorum agmina conterantur.

Micant inter astra, nitidioribus notati asteriscis Aquila, & Leo, qui dum supra Lunam viuidiori, & nunquam menstruo prouehuntur fulgore Lunarē suis motibus rapient rotam. Bootis gelu Germanici hæc obrigeset compressa: Veneti calore Leonis dissol-

depennata Vulturibus gemit præcincta, quot infidelibus perstringitur atrocissimis con stipata.

Eia fortes Germani ad quos Romulidum robur migrauit antiquum, agite nouo, & nunquam hucusque opportuniori vestrarum palpabili virium argumento. Et o quàm augustè subsidiario, vno, atque altero vestrarum agmine copiarum selecto Leopoldus vester, in hoc maximè, sicut in omnibus semper maximus, & verè Cæsar, Candiæ fatiscenti pijssima generositate præbuit manus. In Manes ergo, queis angitur in vna Candia tota Europa Catholica pertinacissimè conflictata, manus protendite formidandas; & quæ strauerunt pluries bellorum machinas, vt totum modo furentem euertant Martem Candianā Obsidionē inuertant. Sint obsessores obsessi per vos, quorum ensiū digladiatione rotantium, Lunæ cornua recidantur adulteræ,

Germani.

Cādia.

teræ,

teræ, ne tumentiori excreta fastigio ex Creta prorſus Agnũ propulſet Cælibem, quem Leo Marci Vangelicus, qui nunquã emarcuit, a Luporũ rabie diſcerpentium prouidentiſſimè, totis articulis, per diuturnas tot annorum Peripetias, ſtenuiſſimus cuſtodiuit. *Reſp. Venet.*

Proſurge rurſus Imperialis Bauaria, quot dignis coronata Principibus tot encomiaſticis titulis æternũ cõdeorãda. Tuorum Auguſtalis Ducum memoria per tot Heroiſmorum famoſa ſeriem ſublimitus culminata, inexſiccabili Laurearum virore vegetis perennatura progreſſibus, Victorias in Turcas portendit. Tuus verè Sereniſſimus Ferdinandus cuius nunquam obnubilata Religio emicat fulgens, cuius ſemper emicans fulget gloria, in quo vapor non eſt, tantas diſijcere nebulas, quæ Candiam turgenti operiunt oppreſſione, ſicut cæpit iam afflans, reiteratis valet aſflatibus; dum enim eiuſdem ſaluberri- *Bauar.* *Dux Bauariæ.*

B 6 ma

nuitas, sed tot nitidior vsibus ad cotem hanc militarē toties rotata exacuitur. Quot Duces, tot Luces, quæ militantibus iter, ad caligantium tenebras nubium, quas Infernus euomit, illustrant præcursores ad prælia. Quot Bellatores crucifero ense tuentur Crucem tot *Stellę* progrediūtur *matutinæ in medio nebulæ*, quæ Lunæ sanguinea effusione funestæ prosurgit, vt diem sepeliat.

Micant dum dimicant: fulgent dum fulgurant: oriuntur dum moriuntur, pro Patria, pro Fide, pro Deo, tutelares Candiæ Propugnatores.

Cādia. O terribilem obsidionum omnium, quas Historicorum efferunt dum referunt pennæ, Anacæphaleosim! In arctata (heu nimium) Candia omnia sunt restricta præliandi generum molimenta, & quæ non excogitauit Vegetius inuenit Vexatio.

Voluntarij. Palestra hæc furentis Bellonę, Italos, Gallos, Germanos, aliosue diuersarum armi-

mi.

migeros gentium curiosiores honoris, allexit & non minus, ac famosa, famescens, auxiliari pabulo inhians, tot traxit tutantes Angelos; quot nobilissimos Voluntarios, vt experimento dicant, quæ viderint, & discant, quæ fecerint, tàm magno Tyrocinio magistrati.

Sileat iam Belgium, feruescens olim armorum Emporium, fremens militarium Euripus fluctuum, vbi quotquot in Castris exercuit gloriosa vincendi ambitio, Astris inseruit ambitiosa moriēdi gloria. Sola Candia, quæ cæteræ diuisim passæ sunt Arces, collecta tenet. *Cādia.*

Sudat calamus tot calamitatibus impar delineandis. Friget manus tot repentium dexterarum glacialibus repercussa torporibus. Horret mens tot imagines deuastantium Furiarum, quot sunt inefrenes agredientium furores, queis, dum minilltrantur arma pugnacibus, inpugnatorum mini-

ministeria non exarmantur.

Resp. Veneta Interea excrescit, & quo diuturnior, eo damnosior, Leoni febris Hadriaco: Is tamen non consternatur, nec pauitat, sed iubalem excutiens coronam rugit, vt timeant hostes; & nitidas acuens bellator vngulas, Virginem suam à scortatoribus perspicacissimo tutatur obtutu.

Summ. Pontif. Imper. Rex Gallorum. Inter hæc Cherubicum obsecrat Bouem Ecclesiæ, primum Animal sacrum, Austriacam aduocat Aquilam, Virilem Galliæ attrahit Hominem, cùm iam non valeat solus currulem hanc machinam moderari.

Ah si tandem hæc ad Victoriam spiritosissima iugarentur Animalia quot monstra horrenda, & immania subiugarentur in victimam!

Nulla sanè Quadriga victricior si *vnumquodque ante faciem suam ambularet*: hoc est, si Fidei se defensorem offerret suæ; nec *reuerteretur cum incederet*, sed *irent* semel,

&

& simul *in similitudinem fulguris coruscantis*, Ottomanici *currus Pharaonis, suo cum Exercitu, demergeretur in rubrum mare*, Thracio Hellesponto Barbarico sanguine rubricato. *Turca.*

Viuat interim, & viuat Clementissimus Clemens Nonus, quem non otiosè Cherubici ad Symbolicum Bouis Iconem vmbratilis retulit calamus, quia semper, *magnus Sacerdos*, Cœlestia ruminans, *in tempore iracundiæ factus est reconciliatio*; & indefessus pariter, ac indeficiens, vos Christiadum Proceres conuenire conatur, communis ad propellendas hostis insidias, & ad quassanda, tot incrementis solita insolentia procacia, Lunæ cornua Tartareæ, ne Diuo opposita impudens Soli plenam audeat eclipsim inferre, totumque, saginata cladibus vestris, Orbem complere. *Summ. Pontif.*

Ah si pennas excutiat Aquila regias, aligeroque iuncta Leoni, vero fulmina Ioui mi- *Austriacus.*

niſtret, Soliſque iubar Diuini ſuarum protegat alarum ſub vmbra, inextinguibili gloriæ lumine catholicus erumpet fulgor è limine, quod Luna eidem ſuis maculis, velut machinis, contrahit tetra, poſtquam teterrima impietatis atredine, nocturnis euaporata præſtigijs, ſqualenti Fidei Aurorę lachrymabilem in Oriente iamdudum inuexit occaſum.

Imperator. Te Pietas quærulis deprecatur amoribus, Imperator pijſſime Leopolde, qui Leo pollens non appellatione tenus, ſed munere, non ſolum nomine, ſed etiam omine diceris Cæſar, vt Barbarorum cæſas abijcere copias cures, & curras, turbataque infidelium agmina imperturbabili valeas proſternere maieſtate.

Germania. Ah ſi tuus in Europa, fluuiorum Princeps, Iſter in Aſiam effluat, non iam paluſtres quatiens calamos, ſed lanceas aggerens inflexibiles, en Turcica bellorum incendia, in Chriſti-

cola-

colarum securitatem serpenti voracitate gliscentia, exuberanti opportunitate rextincta.

Quid non portendat spumoso minax gurgite Rhenus, si ferreus efferatur in arma, vt se Iordanis sordium, quas Arabicus intulit limus, vindicem exhibeat clarescentem? Quas non rapient palmas Mosella, & Mœnus, si Palestinæ se Mæandris, vndequaque circumfusis, sed non confusis interseruerint? Terra Sancta hæc melleo scatens dulcore, lactea exundantia redundans, ijs repromissa prostat in præmium, qui pro vera Fide non desides, non collusoria chlamydati surgunt ad prælia. Christus, Exercituum Deus, cui *mel, & lac sub lingua* complexum policitationibus complent suauibus dulcoratum; suis, quæ contra Fucos aculeatæ pugnarint, Apibus fauorabiles exhibet fauos: Suis Pastor Ouibus, quæ fœdis dispergentium *Palestina.*

 tech-

fechnis Luporum agminato restiterint fœdere lactantia vbera gratus repromisit in pasculum.

Imper. Quid igitur si Leopoldus armetur ad pugnam in Thraces? Nonne biceps Aquila Hydre Mahometicæ capitibus prævalens, pro rostris stabit inuicta, vt *dilectus* Cæsar Altissimo, *quemadmodum filius Vnicornium*, Turcica pellere venena, Aspidumque noxios eliminare liuores ediscat?

Respub. Venet. O quam aptè Austriaca Leoni adnecteretur Aquila Veneto, cum hic Aquilinis, ab Aquileia depromptis, ad astra peruolet pēnis; & illa magnanimis præfulgens nisibus Leonina fortitudine roboretur.

Germ. Nulla germanior, quam ab Imperatrice Germania contra Ottomanicos Manes Hadriacæ Reginæ confederatio. Assueta Draconum bellis Aquila montes, quibus Catholicus sepitur Orbis tuetur excubans: Impauido fulgens pectore Leo terribilis, immani-

bus

bus Lunæ cultoribus se profe- rens Cynocephalis, Æquoris litora vigili tutatur excursu, nec truculentis Orcarum faucibus exterretur. *Venet. Resp.*

Si pugnet igitur pro Cœlo Aquila in terris, Orbis Christicola non amplius horrebit hostem Erynnali erumpentem gurgite, cuius elusit tandiu astus, dum pro suarum manutentione Terrarum Hadriacus Leo dimicauit.

Imperium quod seruat Aquila extendet alis, si Dominium, quod Leo possidet, distendat vnguibus. Non rapinam fas est arbitrari prædam auferre Prædonibus: non sæuitiam censere cladem sæuientibus inferre. Si quis repetat propria iustitia est, non inuasio, etenim Tyrannorum exuuiæ spolia sunt Libertatis. *Venet. & Germania.*

Combinentur itaque arcto deuincti ligamine, vt liberiores exeant in volatus Aquila, & Leo, & sua sibi ipsis restituant Regna: Æquum enim est, vt Asia, & Aphrica, Aqui-

larũ, & Leonũ nutriciæ, Aquilæ, & Leoni adultis subijciãtur. Leonina fit Aquila: Aquilinus fit Leo. Hic Maris exerceat fundituus potestatẽ: illa Cęli extollat superius celsitudinem. Dũ tonat Leo flammifer, fulminet Aquila radians, & perspicacissimis ambo luminibus, dũ Solẽ prospiciunt inocciduum, Lunę ab eclipsibus ferreis tueantur.

Turca. Nulli supra Lunam, quam Sol excelsior premit dominio, dum imprimit lumine, vapores tumitant: Nulla sub Luna, quæ Leo, & Aquila dissipauerit, proserpent nubila. Animalia hæc Regia, non Sublunaria sũt, sed Solaria; Polo igitur Solem aperiant, Soli Polum. Salo fluxus & refluxus Lunares inhibeant: Salo solatia luminis sereniora concilient, & vt noctem prorsus depellãt Lunam abijciant, vel alienis adauctam ditionibus minuant.

Aquila Austr. Leo Venetus E cur dormitet Aquila, dum Leo *vigilat, sacri thesauri*, hoc est Fidei, *custos*? Suã illa, bellicas exacuens vngulas, Hungariam

riā recuperet victrix, dum hic belligero callens anhelitu suam retinet Candiam. Tenacibus fæderata nexibus Leoni tandem iungatur Aquila, vt Cœlum ludo arrideat risu, vt mare placida placeat aura; vt tot mutam in malaciam strepentes mutati turbines compescantur; vt nectareos sidera in influxus rorantia, solatioso Terram afflatu, tot dumis, & tribulis implicatam fructuosis floribus fulciant.

Astrigero Arctophilax scuto, impia Turcarum retundēs iacula radiosis exardēs spiculis Lunares Arcus euertat; & dū *iustorum exaltantur* Exercituum *cornua*, cornuta impiorum agmina conterantur.

Micant inter astra, nitidioribus notati asteriscis Aquila, & Leo, qui dum supra Lunam viuidiori, & nunquam menstruo prouehuntur fulgore Lunarē suis motibus rapient rotam. Bootis gelu Germanici hæc obrigeset compressa: Veneti calore Leonis dissol-

uetur effusa.

Germania. Iam Vrsa minor maximo adstricta Leoni maior fiat, & rutilis flammigera coruscationibus nitens, ad tanti reflexum signi, quo non fulgidior alter toti Terrarum peripheriæ micuit, algentem velocior abigat tarditatem. Septentrionalem abijciens excalefacta soporationem eleuetur atmosphæras quatiens Turcicas, nymbosos nata disperdere turbines, & procacissimas perdere turbas, quorum congeriem illuuiosam, quorum congestam illuuiem Luna, dominatrix humorum pessima, suis ambitiosa vaporibus, suis vaporationibus ambiens conglomerauit.

Turca, Nonne Canibus obsistere assueta Vrsa? Nonne Leoni Canes discerpere genium feruet ingenitum, geniale prurit ingenium? Illi dum Lunari quatiuntur Extro impudentes adlatrant Soli, mordentque sidera, infernales Sirij dum Cœlum blasphemant,

Ter-

Terrasque Christigenas insectantur: Explodantur ergo, & nulli proprior cura, quam Vrsæ, quæ Canibus festiuè infesta, quoties armata discutit manu, toties plausibili exultat triumpho: Nulla proprior exercitatio Leoni, cui quoties agressores institerunt audaces toties laniatis visceribus occubuere prostrati.

Exurgat igitur Barbarico muricata cruore bellatrix Germania; & quæ bicipitem gestat Aquilam congeminato laceret rostro Ottomanici iecur Promethei, qui Solis radios æterni, hoc est Christiadum Regna; temerario carpsit insultu. *Geomania.*

Nulli quam Virgini Candiæ, tutela iustior ab Aquila, quæ ingenuo Virginitatis amore (vt referunt Physiologici) Columbas tuetur, ab Accipitribus incursatas. Columba Christi Candia est, *in foraminibus petræ, in cauernæ maceriæ*, quæ pro Cęlo pugnans ę nido, tot rapacibus *Cãdia.*

depennata Vulturibus gemit præcincta, quot infidelibus perstringitur atrocissimis con stipata.

Eia fortes Germani ad quos Romulidum robur migrauit antiquum, agite nouo, & nunquam hucusque opportuniori vestrarum palpabili virium argumento. Et o quàm augustè subsidiario, vno, atque altero vestrarum agmine copiarum selecto Leopoldus vester, in hoc maximè, sicut in omnibus semper maximus, & verè Cæsar, Candiæ fatiscenti pijssima generositate præbuit manus. In Manes ergo, queis angitur in vna Candia tota Europa Catholica pertinacissimè conflictata, manus protendite formidandas; & quæ strauerunt pluries bellorum machinas, vt totum modo furentem euertant Martem Candianā Obsidionē inuertant. Sint obsessores obsessi per vos, quorum ensiū digladiatione rotantium, Lunæ cornua recidantur adulteræ,

Germani.

Cādia.

teræ, ne tumentiori excreta fastigio ex Creta prorsus Agnū propulsset Cælibem, quem Leo Marci Vangelicus, qui nunquā emarcuit, a Luporū rabie discerpentium prouidentissimè, totis articulis, per diuturnas tot annorum Peripetias, strenuissimus custodiuit. *Resp. Venet.*

Prosurge rursus Imperialis Bauaria, quot dignis coronata Principibus tot encomiasticis titulis æternū cōdeorāda. Tuorum Augustalis Ducum memoria per tot Heroismorum famosa seriem sublimitus culminata, inexsiccabili Laurearum virore vegetis perennatura progressibus, Victorias in Turcas portendit. Tuus verè Serenissimus Ferdinandus cuius nunquam obnubilata Religio emicat fulgens, cuius semper emicans fulget gloria, in quo vapor non est, tantas disijcere nebulas, quæ Candiam turgenti operiunt oppressione, sicut cæpit iam afflans, reiteratis valet afflatibus, dum enim eiusdem saluberri- *Bauar.* *Dux Bauaria.*

perflat aura turbines sternuntur minaces, ac turbantes deturbantur tumentes. Elector qui est Imperij, millies Imperio dignus electum se præbeat ad fidem, quam zelantissimus colit, effulciendam. Tantę molis est Thracicam eneruare potentiam, vt is exigatur, qui Tartaream nouit exarmare nequitiam. In Inferos congerat arma, qui Cęlesti Militia gloriatur, & qui pia dominatur in Aula castrametetur in impios. Candoris professor eximius Candi- *Cādia.* am liberet tot vaporationibus denigratam, tot ferè ad ignes combustam feros; & dum aspirat Bauarus suspiret Barbarus, Creta respiret.

Princ. Germ. Vos omnes, Germaniæ Dinastas, & Principes, claro fulgidos sanguine, obsequentibus excitat numeris Regale, quod efferuescit Eloquium, pro Candia purpuratum, dum supplex rogat, vt vestra erogetis munifici liberalitatis impendia. Vos inquam strenuos

os, qui totam Germaniæ plagam incolitis, vt Cretensem plagam proprij balsamo sanguinis intersumatis curandam: vestræque, belligeris nitidæ ferris, nitantur manus, vt myrrha effluentes immortali Candiam, ne tot abrosa verminibus corrumpatur, præseruent.

Innatum est Germanis fortiter præliari, cum gignantur hastati, nec eisdem pro clypeo pectus vnquam deficiat. Ferrata gens Herculeo sata robore tot monstra, quot Thraces perimat, & numerosum, quod proserpit, malum ab Odrysiaca Hydra, quæ tot capitibus scatens infestis venena vomit noxia in Christiades, fulminali valoris face rextinguat. *Germa.*

Leones Germani sunt, vt ex Tacito, sed magis ex rebus eorundem gestis, quæ nunquam siluere vecordes, conuincitur. Igitur Leoni opitulentur Hadriaco, qui tantis Asiæ Rhinocerotibus circum- *Leo Venet.*

qua-

perflat aura turbines sternuntur minaces, ac turbantes deturbantur tumentes. Elector qui est Imperij, millies Imperio dignus electum se præbeat ad fidem, quam zelantissimus colit, effulciendam. Tantę molis est Thracicam eneruare potentiam, vt is exigatur, qui Tartaream nouit exarmare nequitiam. In Inferos congerat arma, qui Cęlesti Militia gloriatur, & qui pia dominatur in Aula castrametetur in impios. Candoris professor eximius Candiam liberet tot vaporationibus denigratam, tot ferè ad ignes combustam feros; & dum aspirat Bauarus suspiret Barbarus, Creta respiret.

Cădia.

Princ. Germ. Vos omnes, Germaniæ Dinastas, & Principes, claro fulgidos sanguine, obsequentibus excitat numeris Regale, quod efferuescit Eloquium, pro Candia purpuratum, dum suplex rogat, vt vestra erogetis munifici liberalitatis impendia. Vos inquam strenuos

os, qui totam Germaniæ plagam incolitis, vt Cretensem plagam proprij balsamo sanguinis intersumatis curandam]: vestræque, belligeris nitidæ ferris, nitantur manus, vt myrrha effluentes immortali Candiam, ne tot abrosa verminibus corrumpatur, præseruent.

Innatum est Germanis fortiter præliari, cum gignantur hastati, nec eisdem pro clypeo pectus vnquam deficiat. Ferrata gens Herculeo sata, robore tot monstra, quot Thraces perimat, & numerosum, quod proserpit, malum ab Odrysiaca Hydra, quæ tot capitibus scatens infestis venena vomit noxia in Christiades, fulminali valoris face rextinguat. *Germa.*

Leones Germani sunt, vt ex Tacito, sed magis ex rebus eorundem gestis, quæ nunquam siluere vecordes, conuincitur. Igitur Leoni opitulentur Hadriaco, qui tantis Asiæ Rhinocerotibus circum- *Leo Venet.*

qua-

quaque sepitur ad necem; est enim indita Leonibus indoles Leoni à feris circumquassato, vnanimi generositatis concordia, suffragari.

Dux Brāsuichi, & Luneburgi. Te verè Leonem asseris, Regio progenitum sanguine, magne Io: Federice, Bransuichi, & Luneburgi Dux inclyte, qui Herculeo Leonis Marci Spolio tectus, ferocior in hostes Fidei ferues Catholicæ; armatosque tuos transmittis in Turcas Leones subditos, vt tui nobilissimi fama nominis, sidereis redimenda luminibus, toto terrarum Orbi perennatura præfulgeat.

Poloni. Vos [heu dolendi!] Poloni qui nimium de subrogando Rege Politici, inter dissidia hęsitanter ciuilia perniciali cunctatione diffluitis, cur de subigendo Tyranno, penitus obliuiosis comitijs torpentes, iam non disquiritis? Belligera Natio vestra tantis paludata Victorijs, innumeris interserta Laureis, fulgurali percita extro, cur hęret? quare fluitat?

quid

quid somniat? Coronam sine capite habetis modò: ah prospicite quæso, ne caput habeatis tandem sine corona. Turca vos circuit Lupus, dispersas Oues, vt voret, læthalia diuagantes ad pascua, sine Pastore. Interdiu Cosaccis, gregum vestrarum martialium Molossis, medicatis frugibus offam porrigit, vt eos sopore compescat, sibique trahat deuinctos, quos toties habuit nefastos; & sibi turpiter mancipatos, in vos defensores vestros contorqueat: Expergescimini fortes, vosque Languores excitent Candiæ, quæ, si agonizans succumbat, vestræ habebitis Præficam libertatis sepeliundæ. *Turca.* *Cosacci* *Cãdia.*

Ad vos digressiuè descendit calamus, bellipotentes Heluetij, quorum militaris fama, quoties fastigiato volat remigio, toties incunctanter ascendit perspicua, seque Stellis interserit coronanda. Nulla maior, quã merces glorię, & ea sunt *Heluetijs.*

ſunt validiora prætioſitate ſti. pendia, quæ non ferrum auro præponderant, ſed quæ ferrum nobilitant, auro fulgidiorem. Pugnare pro cauſa Dei præmium eſt, & pro fide ſanguinem fundere honoratius plurimum, quam in Caſtrenſem remunerationem argentum conſarcinare. Certa eſt palma certamini, quod pro Chriſto libera, ac liberali magnanimitate ſubſumitur; & nulla nobilior Proſtaſis, quam pro
Cădia. Candia redimenda Laureis non mercenariis redimiri. Ea nullactenus fæda ſunt fædera quæ honeſtati efferendæ, arcto ligata iuramine, deferũtur; Et qui tot diſiecti propenſionibus in vnam hanc magnam Politiæ Maximam, vt ab externis præmuniantur incurſibus tenaciſſimè agglomerantur, cur non agmine ruant imperterrito, vt Orbis Chriſtiani terrorem a Chriſtiadum finibus Terrarum excutiant?
Turca. Imo deturbent omnia turbantem à Mahometica Regia,

que

quæ tot Regnorum amicitur exuuijs truculenta, & in Europæum coniurata sanguinem, puriore tyrianda murice, meditatur exhaustiones. *Creta.*

En Cretam, quæ Iouem aluit purpurata, tenario Ottomanici Plutonis puluere sordidam, ferali Catastrophe iam subuersam, iugo tyrannico iam curuatam, barbarico iam pressam pede, totum in patulum corpus ad vincula prostitutam. Sola Candia, quæ caput est, huius catenatæ coronam Reginæ regit hæsitabunda, & inter tot flammarum fumos reptantium candorem seruat fidelem, quem a sua Augustissima Parente Republica cælibem, lacteo enutrita moderamine, mutuauit. *Cãdia.* *Resp. Venet.* *Cãdia.*

Huic ideo totus Septentrio ardentes debet expedire suppetias, ne pro omnibus pugnet sola, quæ pro omnibus sola impugnatur. In Candia obsessa totus obsidetur Orbis Christigena, & inter eiusdem angustias communis angitur

sa-

ſalus. Si (quod auertant fata) illa occubuerit, veſtras aptate victimas, o inconſulti deſtitutores.

Dux Lotar. Conſultiſſimum te militaribus negotijs, tot per Mauortis anfractus impauidum, prudentia cordatum bellica, & corde bellicoſo eſtuantem, etſi niuea ætatis comatum pruina, æſtiuo generoſi calore ſanguinis feruescentem, inclytum Carolum, verè magnum, Lotaringiæ Ducem ſupremum, deiectiſſimus aduocat calamus ad Candiæ angu- *Candia.* ſtias exhilarandas.

Ad vos ſucceſſiuè conuertor, o belliferi Belgæ, o Bata- *Belga, & Bataui.* ui formidandi, quorum audaciſſima Nautica tota ſcrutatur marium litora, Claſſesque fulmineæ ęquoreos puppis fluctus exęquant turgidis, ruentibuſque deprimunt proris. Si Candiæ Turca frenandę *Cãdia.* inefrenis longùm adhęreat, vt eam ſuis grauatam compedibus teneat, quæ vobis reſidua excurrendi libertas per Ægei,

Ly-

Lybiciue Ponti dimensiones quarum, vel dolosæ, vel imperuiæ, vestris velificationibus vndæ, non amplius ad Idei vmbram substratæ, barbarico murmure, extumescentes, in vos bellabunt, vel rebellabunt.

Angli. Parisono Suasoriæ numero vos alloquor, o fortes Britanni, quorum Terra ferocior Mari, quot flagellata alluitur fluctibus, tot secùra periculis præmunitur. Nonne agnato puræ denominationis concursu Albion debuit Candiæ iamdudum opitulari? Vos, qui ligneas Cyclades, sed scopulosis duriores effertis, nymbisque nati irridendis, & illididendis, turbinibus noti ferientibus, & furentibus, immensos pelagi sinus pertinacibus malis torquetis, cur tridentata percitos cuspide ad Iouis Patriam saluandam adhuc *Cãdia.* Nectunus desides non impellit?

Lusitani. Nec vos prætereo quos Tagus fertili inaurat limo, &

limo.

limoso fertilizat auro, sinuosum attolens alueum, dum Oceanico excipitur gurgite, Lusitani pollentes, quorum Natio inclyta, profundi tenax propositi per Equora lusitanis eluctata, procellis impauida, tot meruit triumphos contumacibus euecta carinis rostrata. Candia vos eiulans interpellat, vestrasque si non ferro fulmineas, auro fulgentes exigit manus, vt Thracum ferreis icta fulminibus, aureis saltem fidelium Scutis operiatur.

Cãdia.

Hyspania.

Quid morer tardius, vt tuam excitem supplex, nusquam occiduam, Occidentalis Hyspania, pietatem? Tu Religioni basis substructa Catholicę, cur nutabundæ firmitatem non sustineas Candiæ, quæ illam ab Oriente depulsam, excepit profugam, enutriuit exhaustam, retinuit iactatam, vigorauit deliquiantem, auxit deficientem, exaltauit depressam?

Cãdia.

Hyspania.

Gloriosa Hyspania prosurge, tua

tua enim intereſt Fidem tueri, quæ Fidem ſemper fouiſti quæ ſemper fauiſti Eccleſiæ, cuius candor in Candia defenſa conſpicitur, & in Candia labente decoloratur.

Candia.

Inuictiſsima Hyſpania, tot clara in Mauros Victorijs, cur Turcas ſuffers adhuc Victores. Ecur per te Aſia tota non conſternetur, ſi toties per te pauit Aphrica conſternata? Si tuis America ſubdita loris, cur non Aſia tuæ ſubijcienda virgæ, tuiſque calcaribus expungenda?

Hyſpania.

Te, non tam aureis, quam Laureis, hoc eſt innumeris decoram coronis, palmigeriſque triumphalem palmis, Bellonam viribus, Mineruam conſilio, maieſtate Iunonem, Iuſtitia Themidem, vrbanitate Floram, candore Dianam, Prouidentia Cererem, Equis Leucothoe, cur non & Pelloniam apellendis e Candia Thracibus fas erit vocare?

Tuis agitata pluries Claſſibus,

bus, Algeriana, Tunetanaque litora trepidauerunt; Lybiæque Gula, voranti feruẽs hiatu, ſpumigeris inhians faucibus, arcibus frænata infremuit acribus, frænis moderata ingemuit æneis; Cur ergo tuis catenata pupparum faſtigijs Dardanica Præſidia non ſubſternantur?

Chryſtifera Hyſpania, quæ Crucem toties ad æthera fulgidam prouexiſti pro Dei gloria, quæ Vexillifera Fidei ad Inſulas vltra Sidera Cancri, tot Seculorum nebulis offuſcatas, Columbo præuio Ligure, per naufragoſos Oceani vortices, per fragoſos ſcopulorum vertices, inter tot pericula impenetrabilis, intrepidis penetraſti Victorijs: Cui famulata ſunt Aſtra, vt Caſtra figeres lucis vbi tenebrarum Princeps tot Populos fæda cęcutientes caligine orbauerat Cœlo, quid hæres adhuc, vt Mahometica non ſoluas iuga Orienti, qui lachrymis rorans amaris, dulciſsimos tui Heſ-

Colũbus, Ligur

peri

peri radios, ſed heu nimium diſſitos, obſecratur, vt ſibi Phoſphoreum Gratiæ lumen aliquando reducem reddant?

Ecur Aquila perſpicax ſoporeris, cum toties triumphalibus prouecta pennis, ad ſolis iubar æterni, per tot refractas hæreticalium vaporum colluuies, fulminoſa, & luminoſa tuendum, & intuendum, auguſtiſſimo percita genio, ſublimioribus ſemper niſibus euolaſti? Cur oculos claudas, ne preſſæ intuearis anguſtias Candiæ, cum eadem ſis, quæ toties Columbam Ecclesiam ab Infedelium vnguibus Accipitrum exemiſti? Cur dormias, Vigilantiſſima ſemper, etſi te iam non excutiat Galli buccina, cum te rugitibus excutiat Venetus Leo? *Cãdia.* *Hyſpania.*

Fortiſſima Cybeles, Heroũ mater, Seminuminum altrix, tuis pręcincta caput Caſtellis, inceſſu patens verenda, acceſſu parens veneranda, maieſtate grauis, charitate velox, quare nondum Candiæ, totis præ- *Cãdia.*

po-

potens viribus, astitisti, tot machinis circumcussæ, quæ, *sicut Turris Dauid, resp ciens contra Damascum, omni armatura fortium* est munienda, *clypeisque* fulcienda Fidelium, qui debent ex ea pendente, vt eam erectam seruent, enixè *pendere?*

Leo Venet. Audis sanè, Regia Leena Leonis eiulatus Hadriaci, per tot reuolutas annorum uertigines belligerantis, intēsis adeo, nec intermissis vnquam syntomatibus febrientis. Innatum est Leenę magnanimę Leoni adstare ægrotanti, dum is exardescit, & sudat opitulatura, igneasq; intèperies quas ille generosis discutit fibris, gratis afflatibus temperare.

Cādia. En excipe blanda fatiscentis quærelas Candiæ, dum hæc tuam æneis implorat suspirijs auream simul, & ferream dexteram, quæ nunquam sinistra defuit Fidei, dum aureis eam irrigauit fluminibus, dum ferris eā fulminibus custodiuit Clamat hæc ex Creta, totius

Chri-

Christigenæ Orbis periculo, si non iuuetur velocius, eliminanda; *Veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata.* Hortus Fidei residuus nõ alius modo, in Orientali plaga, quã Candia, & *hortus conclusus*; Arabicisve septus Bubulcis, qui eum, vt Alchoranicis plantent Meschitis, nituntur pœnitus explantare, arboresq; Christi fructiferas rastratis inde ferris conuellere. At nobilissimi, & æternùm colendi, Christianitatis Coloni, qui *vomeres conflauerũt in lãceas*, empyreis laureandas corollis, Terrã Leonis ex Tribu Iuda operosa muniunt ope, vt ab inuasoribus tueantur, & pertinacibus tenaciores facti obsidentibus, eam non segnes, sed insignes defendũt, nunquam vecordes, semper cordati; & propriis sudoribus sanguinibusque dum alunt, & alluunt, triumphalibus eam faciunt gaudere Aratoribus. Verum si tuus afflauerit Auster Hyspania fauens, & fouens, fluent aromata au-

Defensores Cãdiæ.

Hyspania.

xiliaria, quæ Candiam à corruptione, quam putridus Reguli Thraci flatus, hoc est Visirii, venenosè in eam sæuientis ingerit, præsidiario munimine præseruabunt.

Cādia Austro spiratore, incunctanter concipiet spem, spiritumve salutis, miserrima Candia Angustata, vt tandem respiret adiuta. Quid ni? Si *omne malum ab Aquilone*, omne bonum ab Austro, cum *Deus exercituum ab Austro veniat*; vt Aquilonares Barbarorum superbias, per Catholicorum suppetias euertat.

Defensores Candiæ. Ad tot ignium combustiones gliscentium exusti, sed non exhausti: sudantes, sed non se dantes, intrepidi Candiæ Propugnatores, Austrati denique temperent æstus, quibus Lunæ crescentis ad astus, dum torrentur asati, semper assueti, & assidui nunquam terrentur.

Leo Venetus. Ardenti faueat Austriacus Leoni Fauonius, vt eius leniat diuturnam, quam intensiorem in

in dies efferuescentibus febrim suscipit venis. Tot vndequaque belligeris Barbarorum in Candia incensus caloribus anhelam exerit aspirationem, & propria ferocior ægritudine, quò restringitur arctius eo pugnaciori dimicans robore, non vlla sopitur desidia luctuosus, dum tot sepitur periculis eluctatus. Igitur *persla Auster*, & benefico spirãs afflatu, argenteo scatẽs flumine, magnanimi huius vires Leonis, quibus nũquã refriguit torpẽs, refrigera adustas, sed nũquã ad cineres deuoluẽdas.

Regina Hispaniarũ.

Exurge clarissima Regina Austri, quæ gemina in Orbe, & ferè in orbem conflata, vastissima moderaris Imperia, cui tot Regna curuantur subdita, & cuius tot, phæbea lustrat face Prouincias, emoriens, & rediuiuus Astrorum Princeps, quot tu virtutibus illustraris. Piissima Æui nostri Artemisia, arte regnandi mira, Maria Anna Augusta, honorabile decus, decorus ho-

nor sexus fœminei, qui te verè Principem, virilissimo prædi- tam corde, angelico editam spiritu, Heroinis præferendam antiquioribus veneratur. Nec *iubeas quęsò Regina infandum renouare dolorem* pro funestissimo tui Philippi Quarti, clementissimi, generosique Regis decessu, cum is in te rediuiuus conspiciatur; cui tu magnanimo in pectore Thronū, nedum Mausoleum erexisti. Ille, qui pluries Candiæ inflexit animum gemebundæ, opisque adminicula, quà valuit, tot inter ambages exhaustus, erogauit periclitanti, suæ te pietatis, sicut sui & amoris, fidelissimam reliquit hæredem. Piaculum est non te piam fato augustali fateri, est enim Austriacis omnibus Catholicæ genialissima Fidei affectio insita. Prospice igitur Candiā, tot denigratam fumis, tot voraginibus absorbendam, tot ictibus circumcussam; & in Candia Catholicam Fidem obsessam, & Christiani gloriam

Philippus IV. Rex Hispaniarum.

Austriaci.

Candia.

iam nominis eluctatam.

Crescat interea, & crescat felici progressione, progressiua felicitate, in dies viuidior, tui delicium cordis vnicum magni, Augustissimus Flius, tanta Regente Rex maior, qui sub te Aquila rectissimè prouocante iam volitans alis adhuc tenerrimis, omnium excelsa expectatione sublimior, super Aquilas volabit Regias senili iuuentute validior. Candia liberata sit Minoritatis victima Caroli, qui Secundus numero post Quintum, inter Cæsares Maximum, nullũ habeat Tertium, qui sit eisdem, inter Reges Hyspaniarum æqualis. Si Quintus, qui primũ fuit Maiestatis fulgur Hyberica, Aphricam terruit; Secundus, qui Diuinæ fulgor Prouidentiæ micat erumpens Asiã sternat. Sit Candia soluta serenandi Orientis Aurora; & dum Hiericuntina lachrymãtur balsama, vt Seruatoris Tũbam Solymis deplorent neglectam, Hiericuntinæ ri-

Rex Hyspaniarũ.

Carolus II.

C 3 deant

deant Rosæ ad purpureos Austriaci radios Solis, Christo reflorescentes renascituro.

A Rosis ad Lilia transeo. *Rex Gallorum.* Te inuictissimum Gallorum Monarcam liliatis alloquar verbis, tuique lenocinator, sed non adulator valoris, dum te Christi adum veneror Martem, Christi expostulo Tutelarem.

Lilium, tui Regale Stemma Dominii, per te verè flos Regum aureus, Rex florum celsior, altiori, qua nulla maior prominentia erigitur, dum lambit Sidera te coronans, Christo, pro quo non frustra Christianissimus diceris, pabulũ præbeat opportunum, cũ ille inter lilia pascatur. *Cãdia.* Candia, quæ tot inter spinas dilacerata languet, vt lilium, per te liliorum Protectorem supremum restaurata reuigeat, ac regerminans reuirescat.

Rex Gallorum. Audi, & exaudi, strenuissime Ludouice. Quartusdecimus nomine, Lunam, ne Quintamdecimam adaugeat ma-

magnitudinem, minoraturus progredere, dum omnium in te Ludouicorum gloriam, vt maiorem redderes, contraxisti. Excipe arridens eiulantis quærelas Candiæ, quæ te solo contenta liberatore, dummodò respicias labantem, erigetur firmata. Non amplius, dum tuos proferas nutus, nutabunda hæsitabit, dumque sceptrum protendas, Assuerus clemens, huic consternatæ annuens Esther opitulaturus.

Cădia.

Thæseum te Cretę Labyrinthus exposcit, vt inibi Ottomanicum suffoces Minotaurum, qui lunatis insolens cornibus in Candiam pertinacissimus arietando prouheitur.

Rex Gallorum. Creta. Turca. Cădia.

Dum expergiscitur Gallus abscedat Luna. Gallo euigilante *spes redeat* Candiæ desperatæ: *AEgris refundatur salus* Propugnatoribus: *Latronis recondatur* Arabici mucro: strepentes recedant Striges: Phantasmata dilabantur

infesta; & Aurora longum optata Orienti, tot dissipatura vapores, tot nebulas dispersura prosurgat.

Rex Gallorum. Si canente Gallo fletus in irriguos effluxit Petrus: accinente Gallo iam Petrus lachrymas comprimat; & læto entheatus extro læthalem abijciat eiulatum:

Leo Venetus. Ad Galli cantum iam non extimeat Leo, quinimo pugnacior exeat, Canes, queis constipatur frendentibus, discerpturus.

Rex Gallorum. Gallus Solare Animal, Lunæ opponatur, eamque iam pauentem eliminet, pallentem abigat: Et si aliquando Occidentales Indi Gallum occiduum adorauerunt, Orientales tandem Gallum adorent.

In Oriente Gallus Regnator pennas excutiat bellicas, & Solis Solem enunciet renascentem, vbi is, mortalem passurus noctem, nocturnam apeRuit diem.

Si Gallus, teste Aristopha-

phane, a Græcis, *Martis pullus* appellabatur, a Græcis modo, vt Iouis Aquila, Iouis Regnũ protegẽs, veneretur: Et si Lacedæmones parta victoria Gallum Marti litabant, modo per Gallum, Cretenses obtenta, Gallo Martem sacrificent exultantes.

Mineruæ galeæ aliquando festiuus insistere visus est Gallus: Insistat igitur Cãdiæ, Venetæ Palladis galeę, Gallus adiutor, vt ipsa Draconem comprimat Ottomanicum. *Cãdia.*

Efferebant Dani, & Alani clypeis Gallũ, quo inaugurabantur victores: Ostentent Eneti modo pro munimine Regium Gallum, hostes infallibili triumphi præsagio subuersuri. *Veneti.* *Rex Gallorum.*

Castrense Milites Horologium vocitant Gallum, quo veluti gnomone disponunt horas, noctisque discriminant interualla: Si Gallo tandem horarum subsidia mentiantur Candiæ, libertatis eiusdẽ vota non mentientur. *Cãdia.*

Si Herculi, Heroum Arche-typo, Gallus sacer, Ludouico Christiadū Alcidi sacrato, Heroum fortissimo, genialis fatidico Gallus cantu profert Victorias.

Rex Gallorum.

Quid igitur, ò regum velocissime, dum alas explicas Aquilæ Gallus, adhuc cunctaris? Si te resoluente soluitur Creta, te abnuente Candia catenatur. Tua sunt iura Belli, & dū sceptratum extollis gladium, dum gladiatum attollis sceptrum, tibi famulatura prosiliunt agmina militantiū: tibi agminatim succumbent militiæ Barbarorum.

Tuum est in Oriente inflexibilibus lanceis Regna piscari, & Corona, tuo capite digna, vastissimas Thracum Prouincias haurire. Nullum Regalius Ostrum, quam illud, quod infidelium sanguine tyriatur. Diadema gestat Gallus purpureum, quod nouit, inimicorum retinctum murice, semper in prælia promptus, vt eosdem dilanian-

niando subijciat, & bellando debellet, augere.

Occubuit in Oriente Ludouicus tuus, Regum Sanctissimus, pro Fidei gloria: at resurgat in te, potentissime Regum, vt eiusdem mortis dulcissimæ vindex acerrimus, perenniter pro Fide, Gloriæ viuas. *D. Ludouicus Rex Gallia.*

Tu, qui diuinam Domini Dei Sabaoth potentiam pugnax enuncias, *apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium* Candiæ. *In Idumaam extende calceamentum tuum*, hoc est tuorum Copias peditum, glomeratis exercituũ manibus transmitte, vt inibi palmas, tua dextera digniores, ferreis ictibus euellant efrondescentes. *Rex Gallorum.* *Cãdia.* *Rex Gallorum.*

Oriatur in diebus tuis Iustitia; nulla etenim maior, quam reddere vnicuique suum, & consequenter Venetis Candiam. Oriatur *abundantia Pacis*; nulla enim v-

Si Herculi, Heroum Archetypo, Gallus sacer, Ludouico Christiadū Alcidi sacrato, Heroum fortissimo, genialis fatidico Gallus cantu profert Victorias.

Rex Gallorum.

Quid igitur, ò regum velocissime, dum alas explicas Aquilæ Gallus, adhuc cunctaris? Si te resoluente soluitur Creta, te abnuente Candia catenatur. Tua sunt iura Belli, & dū sceptratum extollis gladium, dum gladiatum attollis sceptrum, tibi famulatura, prosiliunt agmina militantiū: tibi agminatim succumbent militiæ Barbarorum.

Tuum est in Oriente inflexibilibus lanceis Regna piscari, & Corona, tuo capite digna, vastissimas Thracum Prouincias haurire. Nullum Regalius Ostrum, quam illud, quod infidelium sanguine tyriatur. Diadema gestat Gallus purpureum, quod nouit, inimicorum retinctum murice, semper in prælia promptus, vt eosdem dilanian-

niando subijciat, & bellando debellet, augere.

Occubuit in Oriente Ludouicus tuus, Regum Sanctissimus, pro Fidei gloria: at resurgat in te, potentissime Regum, vt eiusdem mortis dulcissimæ vindex acerrimus, perenniter pro Fide, Gloriæ viuas. *D. Ludouicus Rex Gallia.*

Tu, qui diuinam Domini Dei Sabaoth potentiam pugnax enuncias, *apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium* Candiæ. *In Idumæam extende calceamentum tuum*, hoc est tuorum Copias peditum, glomeratis exercituū manibus transmitte, vt inibi palmas, tua dextera digniores, ferreis ictibus euellant efrondescentes. *Rex Gallorum.* *Cādia.* *Rex Gallorum.*

Oriatur in diebus tuis Iustitia; nulla etenim maior, quam reddere vnicuique suum, & consequenter Venetis Candiam. Oriatur *abundantia Pacis*; nulla enim v-

berior inter Christigenas, & nulla firmior inter Catholicos Principes, quam contra Fidei nostræ inuasores, aceruatis Fidelium viribus, te fidelissimè, vt soles, promouente pugnare, *donec* Turcarum impia *auferatur Luna*.

Turca. Impia Luna toties irresolutos Christiadum mouit humores, qui nunquam in vnam librati coibunt temperiem, ni tui radiatione caloris defæcatæ passionum crassitudines absumantur, subtilioresque spiritus in vnam Politici harmoniam Corporis concilientur, dummodo tua explicetur Auriflamma, antiquissimum Gallorum Stemma, quod à debellatis Saracænorum turbis effulsit, & à bellantibus inter se Christigenis palluit.

Principes Christiani.

Rex Gallorum.

Tu, Ludouice inclytissime, & Regum Francorum Maxime, qui humanissimus, ac validissimus rutilas, Barbaras destruere sectas natus, Regali conditus Cuna, preme.

mebas Angues, Herculeo tuarum præludio virium, quo Hydræ capitibus Mahometicæ, in dies fœdius repullulantibus, adhuc Puer, ſed terribilis, minabaris.

Quot ſunt de te Vaticinia, ſed non aniliter, decantata, iam tempus effloruit, vt fructum egerant. Iam *tuis Liliorum ſcopis Semilunæ verrantur*; ac per te, qui Sol Principum in Occidente inter Liliorum faſces, & Siderum faces, Auroræ filius, id eſt Annæ: hoc eſt Gratiæ: Ortum fulgidiſſimum habuiſti, in Oriente Luna, vmbrarum ductrix, & Noctis filia, tuos inter enſes, tuaq; inter fulmina Belli, patiatur Occaſum. *Regina Mater.*

Tu admirabili dignus Filio quem, Sanctorum omnium clarum Horoſcopo, excelſa faſtigiatum extulit Geneſis, Regiæ Matris imaginem moribus pulcerrima referentem Maieſtate, eidem Orientalia debes parare Regna, qui nihil penitus occidui *Reginæ Galliæ, & Regius Delphinus.*

ſuſci-

ſuſcipiens, tot cumulatus ſplendoribus, virilis Infans omnium ſtupori progerminat, tanto Genitore non impar. Adeo Auguſto Principi, poſt te, Auguſtiſſime Rex, ſed tardiſſimè, vt mereris, glorioſiſſimè, vt meretur, regnaturo, anguſta Galliæ, etſi vaſtiſſima, & tot Sideribus ſcatens, Sphæra, in ampliores Aſiæ Orbes protendatur. *Dominetur* Regius tuus Delphinus *a mari, vſque ad mare: a flumine* Sequana, *vſque ad terminos Orbis terrarum* Orientales *& coram illo AEthiopes procidant, inimicique* Crucis *terram* ſub eiuſdem pedibus glorioſis, *lingere* compellantur. Sub illo, qui Ludouicus Decimuſquintus fauſto vocabitur omine, Luna, quæ Quintadecimã ferè pandit creſcentis effuſionem orbitæ, cùm incæperit ſub te, Rex creſcens, decreſcere, minorabitur obſcurata, tantique ad præſentiam Solis viciniorẽ penitus caligabit extincta.

Hæc

Hæc ego luminosa Vates erumpo in vota fatidicus, tantique decus luminis, perenniter exuberantis, vmbrosis lineis designo, vt ex opaci guttulis atramenti me claram habuisse mentem tot coniecturis, ac votis lustratam, viuentium desideriis, posterorum stuporibus ostendatur.

Præsagium, & Votũ Autoris.

Interea, ò Summe Rex Christianissime, Candiæ subuenias agonizanti, & ab hac Orientis porta, à Leone, per tot, & adeò miraculosas defensa excubias, infestissimos, ne tuo occludatur itineri depelle Canes, qui eam tenacibus imprimunt morsibus, faucibusque dilacerent fumigantibus.

Rex Gallorum. Cãdia.

Tu nostri Achilles Seculi, Homerum nactus Historicum, ideoque Alexandro felicior, cum sis etiam eodem maior Magno, Equitis Baptistæ Nani Diui Marci Procuratoris Prouidentissimi, Calamo Principe dignus, quas pro Candiæ libertate, pro

Eques Baptista Nani Procurator S. Marci, Venetæ Reip. Historicus.

Fi-

Fidei exaltatione Catholicæ res inuincibiliter gesseris; prætiosis in pharetra lapillis Historica, veridica (huius Sallustij Marius) gaudebis manu signatas, enumerare.

Vos etiam generosissimi Gallorum Heroes, qui pro Candia rubentes fudistis sanguinem, hic Cycnus candidus, penna purissima, volatu inæquabili prosequetur. Tanti memoriam beneficij cariosa temporis rabies corrodere non poterit, si cedrinis Nani Libris posteritati obsignabitur transmittenda.

Galli. Nobilissima Francorum Natio, totis ferè iam peruia terrarum extremitatibus, cuius clarissima nominis fama, nunquam in Oriente conticuit: *Victoria ad fluuiũ Rahab.* quæ Thraces ad fluiales Rahab gurgites, veluti ad Acheronticos vortices expulit, intrepidos attolle animos, vt Candiam liberes: hac enim Galaxia itur ad Astra, Cęlumque conscenditur, quia

quia pro Cælorum Rege pugnatur.

Tota ferè Gallia secuta in Assyrios, Arabesque Gothfredum, inclytum Heroum Ducem, & Ducum Heroem, transijt Euphratem, non hærens exterrita; eumque, vt cito transigeret, corripuit Pontibus, ac pænè siccauit ardens, dū siti gloriæ torreretur, vt Iordanem a compedibus solueret: & Saluatoris Tumulo strenuissimè liberato Oliuarum culmina extolleret Solymæ, indeque Palmarum cumulos reportaret. *Gotphr. Solymæ liberator.*

In tuo Martello, semper Belligera Gallia, Malleum habuisti, quo perfidam Saracænorum audaciam frangeres in tuo Ludouico regnante fulmen habes quo Turcarum audacem perfidiam disperdas. *Carolus Martellus.* *Rex Gallorum.*

Micant fulmina in Orientali parte fulgidiora, & dum in Oriente Gallus, pennas quatiens bellicas cantum emittit pugnacem, noctes disijcit te-

tras,

tras, Noctuas eliminat caligantes.

Tanto Sole splendidissimo Ludouico nullum aptius Theatrum, quam Oriens, nulla proprior Aurora, quã Candia. Ille qui Assessorem habet Leonem Politico vigilem Ministerio: qui Tellerium, alterum velut Telliam Vatem, Belli Consiliarium assumit: qui Colubrum prudentia economica insignem effert, Leoni faueat Hadriaco, sympatico genialis instinctu propensionis; Eidemque Tellus vastissima Thracum substrata serpentes Egyptios sternat.

Marchio de Lionn. Dominus de Colbert. Dominus Le Tellier.

Italia. Ad te deuenio tandem famosissimam, cui nocuit esse feracem, sed æque deflendam, quia talem non video, qualis fueras dudum, Orbis Regina, temporum feritate, inimicorumque, te nimis amantium, exhaustam inuasionibus; & heu nimium, infelicem Italiam: stridentique contrahor penna, te depennatam adeo, & depressam, lachrymoso

styli

styli non elegantis, sed elanguentis, vestigio prosecuturus; dum calamus tuis calamitatibus pressus paginam hanc, non tantum obsequio, quantum mæstitia calcat deiectus. Ah (Claudianico erumpo carmine, & frendēs exclamo)

Quo Latiæ vires?

Per tot euolutas annorum catastrophes, per tot reuolutas armorum strophas, per tot inuolutas fluctibus strophades, miserrima Italia, quæ Caput fueras vniuersi penè stare pedes conspiceris vniuersa. Quò tuæ Dominium Maiestatis, quo insultantes abijciebas Barbaros? Quò tui Maiestas Dominij, qua Barbaricos reijciebas insultus? *Roma antiqua*

Tyberi famulabatur Oceanus, Occidenti Oriens occumbebat, Aurora Meridiem adorabat, Nylusque Pado tributarius affluebat. Tuos trahebatur Orbis catenatus furor ad pedes, & Roma quæ Caput Vniuersi belligerum

suo

suo se extollebat in Capitolio, triumphatos terebat Aphros, Thraces terrebat rebelles, & gelidis solstitialibus perpetui pruinis hyemis, etsi feruentibus bello, Scythis glacialem addebat timorem, quo suas Italicis Pharetras lanceis prostituebant inermes. Heu quoties postmodum Exterorum, nedum exterrita, laniata furoribus, Martis quæ fuerat Regia Mortis euasit Feretrum; suisque ipsa sibi visceribus Sepulchrum aperuit, & ubi germinabant Laureta creuerunt Myrti. Subuersa Vrbs septicollis, non amplius præualens Orbi, suas squalentes inter ruinas suos inter cineres tepens, peregrinũ delusit ingressum ostendit gressum, qui Romã Romæ calcando non offendebat.

Roma pluries deuastata.

Italia.

O deplorandam Italiam; cuius languentes in cerebro vires defecerunt in corde! Tu Gothorum toties Vvandalorumque rotata mucronibus, quot vertigines passa, tot casibus pressa, non-

dum

dum tersisti merens lacrymarum effluuia, queis, tantis Borealibus exagitata turbinibus, Septentrionalibus procellosa nymbis, pallentes adhuc exhibes genas, necdum madida lumina exsiccasti.

En adhuc, & ferius in te Barbarorum collimant iacula, vt transuerberatam prorsus eneruent: curuantur arcus, vt fractam deiiciant; & dum Candiam tot manibus Ottomanes stringunt, tuos vincire pedes, vt brachia facilius quæant vincere, contumaciter enituntur. Cãdia.

Cur igitur hucusque torpens, impolitis soporata Politicis, crebrisque cribrata dissensionibus, hærentem suspendis animum, tuique improuida Status, Regalem non suscitas assurgendo conditionem, etsi antiquis abiecta cladibus, nouis periculis excitata? Memento sagacissima te olim Dominã Vniuersi, modo a tuis quondam Mancipijs fœdo mancipatui designatam. Italia

Tuum

Turca. Tuum meditatur occasum ipsemet Oriens, cui toties animosa pauorem inflixisti exanimem; teque subiugandam delegit Thraciæ temeritas Lunæ, quam tuis olim victricibus frenaueras loris, ac triumphalibus toties laureis adumbrasti.

Italia. Ecur tu, quæ tot æquiuoca geris Capita, tot etiam, sed vniuoca non profers pectora, vt dum hæc arcto fœderis nexu restricta fuerint, illa sublimioribus potentiæ fastigijs erigantur?

Princ. Italiæ. Excute soporem, Bellatrix egregia, teque ipsissimã asseras, quæ fuisti, cum tuorum Pietate Principũ, nostro dominantium Æuo; nulla maior effluxis temporibus emicuerit.

Tuum est, Fidelissima Italia, pro Fide, inter reliquas Christigenarum Gentes, pugnare, eiusque candorem, quem tuis seruas præcordijs cælibem, in Candia Angustata tueri.

Cœlia. Sub Clementissimo Pastore,

re,

re, qui truculentas retundere Luporum fauces vigilantissimus nititur, Oues euadant Leones, vt Canes qui Leonem Marci agrediuntur rabidi, exterminentur dilacerati. Tota Pientissimo Patri cura pro Candia saluanda, pro qua propriam etiam absumit salutem. Ingeniosum illi cor, & cordatum ingenium; palpitãs ac exestuans animus, ne Candiæ timeatur, tot inter ignes combustio. Dum pro ipsa ploratus exerit sanctos, eandem reddit suis prætiosiorem lachrymis; & dum pro angustiata suspirat illam exhilarat respirantem. Anhelis solers officijs Reges, Principesque sollicitat, vt fatiscenti suffragia suppetant, & supererogentur suppetiæ. Hinc Cœlo scitè dispositum vt magna Venetorum Respublica, quæ gladium apud se retinet Petri, etiam Petri brachium habeat a Clemente: & quæ toties Ecclesiam labefactatam erexit Pijssima, profugosque,

Sum. Pont. *Cãdia.* *Resp. Venet.*

&

& deiectos Pōtifices excepit, restituitque sedis firmatæ sublimissimæ Maiestati, modo ab Ecclesia gratissima fulciatur concussa, & a Pontifice Benemerito, qui pro Præcessoribus debitum soluit, ardentisimè patrocinetur.

Princ. Italia. Tanto excalefactos feruore, talique motos Diuinitatis Oraculo, iam mea vos Suaforia, Augusti Italiæ Principes, superuacaneis adit argumentis promptos in prelia, vt infestisimas *Turca.* Turcæ machinas, in vestram compactas perniciem, perniciter euertatis. Vos alloquar tamen humillimus, vt meis hisce lineis, siccis velut stipulis, vestris generosum pectoribus ignem adaugeam.

Resp. Genuensis: Te primam, fidelisimi iure obsequij & subditi fida veneratione, inter Italicos singulariter seligo Principes, Inclytam, Piam, Sapientem, Intrepidam, Fortem, Excelsam, Serenisimam Genuensium Rempublicam. Tu, quæ tantis

tis cumulata triumphis, tantis decora coronis, tantis redimita laureis, inecclissabili fulges lumine, Solonica extolleris Maiestate, Catoniana ferues Prudentia: Christiani gloria nominis, Catholicæ Tutrix Fidei, nobilissimi iubar Honoris: Heroum Mater suprema, Heroismorum feracissima Nutrix, gloriosa Famæ occupatio: Inter minas impauida, inter fluctus firma, inter pericula tuta. Cybeles armigera, montibus septa Olympicis; Minerua perspicax, sceptrata formidabilis lancea; Astræa iustissima, recta honorabilis lance; Venus pulcerrima, Ligustico genita Salo; Flora amœnissima, verno efflorescens Solo; Iuno superbiens aeris elata fastigijs; iustissima Themis perspicaci clara consilio.

Bifrontis filia Iani, congeminatis præterita, & futura luminibus prospiciens prouida, filios habuisti duplici insignes capite; hoc est spiritu, *Genuenses.*

& ingenio : qui duplicatas emeriti laureas, armis validissimi, Ianum pugnando imitati, euerterunt hostes semper, & nunquam facies verterunt. Togis prætextati nobilibus Senatorios rexerunt fasces rectissimi: Oculari Politia fulgentes, facundo harmoniosi eloquio, ponderante cauti iudicio, nunquam vecordes, tuam Argonauim, per tot Symplegades, & vada, & per innumeras peripetiarum procellas, vt Vellum Gloriæ consequeretur, indefectibiles direxerunt.

Columbus Eigur. Aquila magnarum alarum, Columbos peperisti, Vulturibus ocyores, qui Mundum Fidei geminauerunt : Inexplantabilis Planta, tua summitate sidera libans, ramos Orbi extendisti vniuerso, qui honorum flores, honestatis fructus germinauerunt. Semper afflata Numine, plena Cœlo, Nectunos dedisti Mari, qui fluctuantes domuerunt vndarum fluxus, freta

fra-

fragilibus fregerunt proris, & per imperuios, horrisonosque pelagi vortices, scopulea constantia imperterriti, errantes citra errorem, Alcidis metas prætergressi, illuc direxerunt itinera, vbi per tot Seculorum vertigines, obliuionis absorta naufragio, & Oceani tumulata ingluuie, immensa Terrarum spatia iacebant. Æquora tuæ vastissima gloriæ Amphytheatra, toties tuis velificata Classibus: Asiacis per te velicata Cladibus, tibi plausibus assonuere; festiuoque Celeumatis fastu spumantis, te Barbaros catenantem, Barbarosque disjcientem ad sidera sustulerunt. *Vict. oria Ligurũ.*

Tu saxeis procellosum frenasti Elementum loris, Aphricumque Enceladum, gemi nata compressum mole, vt tibi lamberet placidus pedes, pomposissima coegisti. *Moles Maritima Gen. Bootus.*

Tu montibus, naturali fastigiatos imperio, montes validissimo circummunientes *Muri Genuen. Vrbis.*

 arti-

artificio, velocissima imposuisti, vt tuam, tot basibus ineluctabilem fulcires Coronam, & super nubes elatam semper Serenissimam conseruares; tuęque zelantissima Libertatis, claustralibus Cęlum muris, fortissima æquè, ac pijssima captiuasti.

Heroes Ligustici. Tu militarem auxisti splendorem fulgida, tot strenuissimis Parens Ducibus, qui ferrum auro fulgureum reddiderunt; & Martis peritissimi Artis, consilio, ac viribus præpollentes, impugnandis ensibus, propugnandis Terris, expugnandis Arcibus geniti, Throphęati Miltiades, tantos in te vigiles suscitauerunt, Themistocles, qui purpurea sectantes Auorum vestigia, candidati Victorijs, nati Triumphis, gloriosam fatigauerunt Famam, famosam fastigauerunt Gloriam, ac postremissimæ permeaturi Posterorum memoriæ, inexplicabiliter, effulxerunt, non effluxerunt.

Tu

Tu scopuloso inconcussa Throno, Ligustici Regina Maris excelsa, exleges frenasti aquas, pyratico rubricatas cruore vndas purgasti; tuique terrorem nominis turbatis Maurorum turbis, extremis Arabum finibus inflixisti. Vnus ex tuis Patritijs solus, animoso excandescens entheo, Trapezuntinos terruit limites, Regiam quassauit Cappadocum Eusinumque gelascere Pōtum dum suis fregit proris, egit excursibus, quando vltrici sæuiens manu, tantas scindendo Barbarorum aures, se fecit audiri, donec generoso comprimens pede inimicum expulit substernatum. *Megolus Lercarius.*

Tu Regalibus suffulta Gryphis, Oriētalibus toties Plagis Crucem inuexisti purpuream, tuæ candore Fidei substrato fulgidiùs emicantem; Tuisque machinis Solymam singulariter liberasti. *Præpotenti Genuensium Presidio* Seruatoris Tumba seruata literis *Expeditiones Ligurū in Oriētem.*

 ad-

adhuc loquitur non sepultis; Nam te iuratissimam Christo seruam, ideôq; iure perpetuo regnaturam, Catholicæ Religionis summè benemeritam, quia protectricem acerrimam, adstruxisti.

Amazones Genuēses. Tales peperisti Mulieres, vt se Talestres Amazonico proferrent pectore, in Bella Orientalia animosissimè loricatas, pro Fidei, Patriæq; gloria virilissimè dimicantes; quarum in testimonium valoris adhuc insigni prostant conspicua, tuo in Armamentario, paludamenta.

Tu denique (vt cætera, hoc est innumera tuorum silentio Fastorum venerer incrementa) neruosis valida viribus, plurimis ditionibus valens, Populorum deditionibus aucta, Terrarum imperio ampliata, vbi assurgit Aurora, sæpius Lunam deiecisti rebellem Soli, *Turca.* imbellemque toties, quoties voluisti, bellatrix eliminasti.

Eadem modò es, tuisque he-

heroicum Ciuibus pectus, quorum singuli Principes magnificentia, & magnanimitate opportunissimè dignoscuntur, Cœlo semper afflatur munifico, vt tantæ sustineant dignitatem Parentis. Non illi, qui Ioues sunt maiestate Regiarum, ingeniorumque Apollines lumine, Martialibus vnquã spiritibus defecere, queis ferrum stringãt: nec eisdem liberales arctantur genij, queis aurum elargiantur.

Status Reip. Genuẽ. moderna.

Quod de Ligurum natura, partialissimus suorum iactator indolis, retulit Florus (in hoc potius Lucius) eos antiquitus dificilius inueniri, quam vinci, in dies constitit falso pronunciari: Contrarium imo patuit semper; hoc est, eosdem facilè inueniri, dificilè vinci; Cum Iani filijs frontes nunquam & nunquam brachia, aurea simul, & ferrea defuerint.

Ligures antiqui.

En ergo faciem ostende, Serenissima, inter tot turbines, quibus Oriens in Occidentem

Resp. Genuẽ.

conspiraturus armatur! Extende Bellona maritima dexteram, Crucis derisores debellatura; & quæ in sacrosanctis Christi Præcursoris cineribus ardentissimam conseruas Pietatem, festino præcurre pede, auxiliaria succurre manu, Saluatori (quod faxit Deus) in Oriente renasciturо; ne plusquam Herodiano Mahometicorum astu continuò quæratur ad necem; & Satrapico Barbarorum fastu Fides in Meridie ad Occasum pellatur.

Cineres sacri Præcursoris Christi Genuæ decorosissime seruati.

Hastatus Diuorum Georgius, cuius tu sterneris, vt nunquam consterneris, Tutelæ, Candiam Virginem liberet a Dracone, cuius hiatu voranda substat verenda; iamque pabulum fuisset miserimum famescentis, ni Leo Marci attentissimis illam conatibus perspicacissimus præmu niret

D. Georgius Genuẽ Patronus,

Denique tu, quæ Ianua es non sufferas Orientis Portam, in Candia, Christigenis claudi:

Cãdia

di: Et quæ Occidentalis rutilas, ſed nuſquam occidua, pupilla Italicæ Libertatis, Orientalem eiuſdem, quæ tanto affulget lumine, communi tuendæ ſecuritati, non patiaris offendi.

Hoc idem tibi ſupremo Alpium Cuſtodi, Vigilique Italiæ Argo, zelans inſinuat calamus, cui datum alias, dum tuas in immenſum metiretur laudes, Eloquenti *Accademicæ Famæ* circumuagatione curuari. Tu, qui Saxonico ſatus Heroum Sanguine, alpino in pectore infrangibilem attollis mentem: Carolus Emmanuel, tot titulis verè Magnus, tot qualitatibus ſeriè Auguſtus: Cuius, Fluuiorum Rex, argenteis exceptus cunis procumbit pedibus, oſcula daturus aurea, vt te, prætioſum adeò Principem tributario veneretur obſequio: qui Coronatorum cenſeris Apollo, cum in veraciſſimo æquè, ac nobiliſſimo tuo Planitiarum Marchione, omni-

Dux Sabaudiæ.

Academia Famæ Opus Autoris.

Carolus Emman. Philib. Hyac.

tus de simia. na Marchio Planitiarũ. nium ornamentis Virtutum fulgido, subsistentis, & non fucatæ, habeas Oraculum Politiæ; idemque nostri Cassiodorus Seculi aureus ferrei te alium compleat Theodoricum: *Cãdia.* Candiam respice, sicut & respexisti pluries, tot inter turbines fatiscentem. Hæc strenuissimo tuorum Allobrogum, & Cisalpinorum sanguine purpurata: Inuictissimi *Marchio Ghiro Frãc. Villa.* tui Villæ brachio, biennali; per tot ostenta, roboratione munita; dum te de sua benemeritum manutentione gratissima prospicit, vt adhuc eidem prospicias tuæ subsidiario assistentiæ influxu, bellicis bombardarum suspirijs alliciendo compellit. Age igitur, Ducum singularissime, Flos Principum Roseus, ac Liliatus, tuisque occurrens lanceis exigenti, rumpe tantis formidandas periculis moras: Et si *Amed. IV. Dux Sabau.* aliquando tui Fortitudo Amedei validissima Rhodum tenuit, Emmanuelis Prouidentia Fortissimi Candiã liberet. *Cãdia*

Ad

Ad vos commeat supplex Orationis instantia ferue- *Gōzag.* scentis, Imperiales Gonzagæ, quorum Aquila toties fulgurans Mahometicam disiecit Flegram, Asiæque Titana triumphalibus armorum montibus sepeliuit. Illa, quæ *non mutuata* genialissimum *luce* inconcussis suspicit oculis So- *Turca.* lem, pupillares in Lunam radios eiaculetur, vt eam à Christiadum finibus ad Cymerios tenebrarum abscessus eliminatam propulset. Claram *Archi-* te nomine, & sanguine, Au- *ducissa* striaci iubar luminis, depreca- *Regens,* tur Elisam Candia, tuumque *& Dux* simul, tua Regentia, sua mino- *Mātua.* ritate maiorem, ter nobilem terque felicem Filium, vt tantus euadat Dux, armigero fulminans brachio, in Barbaros, quantus crescit Dux, pacifico iustissimus animo in Populos.

Nec te prætereo, magnum *Farne-* Italiæ Decus, Farnesium Ge- *sij.* nus inclytum, alto de Sanguine Æneadum Purpurea tran-

ſmiſſum Serie, virentibus intertextum laureis, Liliacis redimitum Coronis. Tu Pacis Octauianos Orbi dediſti Octauios: Prudentiæ Oracula Throno euexiſti Rannucios: Belli Tonitrua Caſtris emiſſiſti Alexandros: Ardentes Ingenio ſceptro erexiſti Odoardos: Candiæ propugnationi exorantis, animoſos, & verè Romanos, agere, & pati fortia natos, litaſti Horatios. Tuus ergo Regnator Dux, antiquæ & recentis ſuorum gloriæ præclara aſſertor Virtute, in Thraces accendat pectus, vires exacuat; & Latinæ ſuæ non obliuioſus originis, quæ pro Cretenſi recuperatione geſſerit indeficiens, ſciat ſibi in Palmarum celſitudines aſſurrectura.

Dux Parmæ & Placētia.

Creta.

Vobis non inferiori frondeſcent faſtigio Triumphales Laureæ, Intrepidiſſimi Eſtentes, quorum extenſis reboant Geſtis Æthera: quorum Famæ totius vaſtitas Orbis anguſta præconijs affluit: quorum

rum Meritis quæque amplificatio minor inæqualia semper deuouit Elogia: quorum Victorijs Parnassus impar victa pluries cecinit Epinicia: vestræ alis Aquilæ candidis Candiam vos iam texistis; *Candia.* cum eiusdem propensi incolumitati almum dedistis Almericum, Actij florem Sanguinis erumpentem, qui *Princ.* pro suæ Fidei, ac gentis glo. *Almericus* ria Victima valoris estro, *Estensis.* potius quam febris æstu combusta, inuidendam, quia nusquam occiduam, obijt diem. Saracænis orta expugnandis, Barbaris nata ex- *Princ.* pungendis, Inuictissima E- *Card.* stensium Prosapia, suos ad- *& Rinaldus* huc habet Rinaldos, suos *Estēses.* adhuc effert Alphonsos; & in suo germinante Duce, Pientis- *Dux* sima Parentis educatione iam *& Ducifs. à* *Laureato*, & nondum pugnaci, *Regens.* Triumphos in Thraces por- *Mutinæ.* tendit.

Vos Serenissimi, & Politicis famosissimi curis, Medici *Medici* Sapientissimi, quorum nobilissi-

sima, & gloriosissima purpura Stellis intertexta clarissimis, fulguralibus sẽper emicuit in Lunam splendoribus, hanc vestri conglobatis Gẽtilitij viribus Stemmatis, a Candia propellite vaporosam. Tãtis exusta Bellorum febribus, Regalis Creta, Regiam Medicorum expostulat manum. Agonizans quassata, non melius restaurari, Valetudiniq; restitui valet, quam Magni Ducis Etruriæ, Apollinei Protomedici Solarisque Epidaurij, toties probato Elisiruite. Ille Sceptratum, nedum Florentiæ, Italiæ: nedum Italiæ, Europæ: nedum Europæ Orbis Decus, virtutum omnium floribus redimitus, Ferdinãdus Secũdus, nulli secũdus, Augustus nomine, & omine, primum in se replicauit Ferdinandum; & in Magno Filio Cosmo, Mundũ honoris, & honestatis, Relatione planè, plenèque vniuoca etsi terminis tantum anomala cumulauit: vt in vno Ferdinando duo Ferdinãdi, in vno Cosmo

Cãdia. Creta.

Magnus Dux Etrur.

Magnus Princ. Etru.

mo

ſmo tres Coſmi;& in Heroica Victoria, totius Sphæra Virtutis, & Gratiarum, Mediceũ Stẽma in ſex diuiſum Globos compleret: Cui nec etiam aurea deſunt Lilia in Florentiſſima Aloyſia Borbonia: nec Aquilæ huius Regiæ Styrpis è nido volantes ad æthera; nec Leones in purpurato, celſiſſimoq; Vaticani zodiaco fulgurantes, vt admirabilis Leopoldus, cuius Merita, omni maiora conceptu, radioſo ſplendoris effluuio Eloquentiam demergunt. Hęc fulgidiſſima nominum Teſſera timorem incutiat Thracibus, tremiſcantq; eterriti, qui Etruſcorum potentiam Principũ, qua ſæpius confuſi, & circumfuſi euaſerũt pauẽtiſsimi exhorrent. Tu ergo ſublimatiſſimum Semen, cum geminas Gallo dederis Aquilas, congeminata Leoni præbeas fulgura, vt Iouis Regiam veri melius tueatur munitus & cum Auſtriaca rutiles Maieſtate Aſiacam proſterne proteruiam, vt non violetur in

Magni Ducis Etrur.

Magna Princ. Etrur.

Princ. Card. Mediceus.

Creta

Creta. Creta Europa, & vt Europa in Creta soluatur.

Respub. Lucensium. Ad te peregrino consequenter progredior calamo, Spectabilis, & Excelsa Respublica Lucensium, verè lucentiũ quia fulgẽt Ostris, nitẽt Virtutibus, Nobilitate decorantur, nobilitantur decore, gloriantur laureis, laureãtur glorijs, Illustres toto Orbi Lucenses. Tu magna in paruo, Bellona Italica, quæ impenetrabili cingeris vallo, forti sepiris cinctorio, fortitudine muniris prouida, prouidẽtia regeris perspicaci: Solertissima Comitijs, vrbanissima Ciuilitate, oculatissima ingenijs, speciosissima Genijs, famosissima Familijs, familiaris Principibus, principalis fastigijs, fastigiata meritis, his adde Candiæ Angustatæ subsidia.

Cãdia. Cum paruula Roma sis tuos habes Metellos, tuos Scipione, quos in Infideles expedias; tua etenim interest, quia Italiæ visceribus conderis, Italiã totis visceribus propugnare.

Ad vos denique velificata

Sty-

Stylus nobiles Melitæ Milites, Equites Solymæ strenui, Maris Aquilæ, Orientis Sidera, Christianitatis Argi, Petri Piscatores, Fidei Armigeri, Turcarum flagella, Equoris Martes, & Vexilliferi Crucis vestreque obijcio indignationi Rhodum (heu Rhodũ) Mahometico subiectã iugo, cui Cãdiam enititur Thrax Angustatã iugare. Ad vos hæc suspirat & pro vobis forsam suspirat afflicta, quia in vestri odiũ valoris gemit obsessa. Ad vestri ergo valoris fulgura respiret libera; quia si Candia plorauerit Melita non ridebit. *Equites Melitæ. Cãdia.*

Vos omnes, & singulos, simul, & iterum, pro meæ Coronide suasoriæ, declamans implorat calamus Christiadum Principes Augustissimi, quorum si quilibet digitum præbeat, en Candiam fausto solatam leuamine! en Italiam regurgitantibus abreptam periculis! en Europam sui vindicem honoris tremendam Asiæ! en Christi Fidem *Princ. Christ. Cãdia.*

dem

dem sectanda solum a verè Catholicis Politia, exaltatam! en Ottomanicam Lunam turpi abdicatione retrogradam a Canchris sequi progradam a Canchris saqui procacibus, qui Veneti caudæ Leoni pertinacissima suffiguntur tenacitate!

Turca. *Turca.*

Natura Canchri laborat Turca, etenim Animal Lunare est. Paulatim serpit, & totum id, quod manibus reptando abripit, si subsistat ibi longius, abripiendo possidet: Obliqua ingreditur via, per caua, & abdita se intramittens insidiosus, Orbita crescente Lunæ pinguescit satur: deficiente macer, & emedullatus famescit. Herculeo adhæret talo, ne Hydra supprimatur infesta, quę igne delenda est, vt sacrilega, sicut Cancer pede premendus, vt vilis.

Ecce genium Turcicum Hyeroglificè, Tropologicis notatū punctis; & quia Sapientibus eloquor, plura magis innuo, quam, exprimam. Pergo

&

& suadeo in Turcas nullã magis expedijsse expeditionem, quam eam, quæ à periclitante Candia gemitibus oportuna solicitatur. *Cãdia.*

Turcarum ferum genus ab origine (illi enim primũ à Scythia exordium) in dies efferatius progreditur, & ad Vrbium natum euersionem, quia in odium Christi à Mahumete excitatum, inde iustas timet vindictas, vbi nefarias inflixit offensas, cum innatum sit cuique odisse, quem læserit. Falsæ zelator Religionis ignorantissimus, veram euertere acerrimus nititur, totisque velis, remisque agressam exitiali prosecutione insectatur. Rapaci sæuiens rostro, Acipiter dirus, Columbam toties deplumauit, quoties Baptizatas subripuit Prouincias, & dissenssionibus Christigenarum gaudens, ab eisdem, quibus eneruatur, Fidelium viribus disiectis, sua vnitate trahit vigorem. Hinc (vt Barclaiana vtar sententia) *Turcæ.* *Mahumetes.* *Turca.*

nostris vitys, quam sua virtute felicior, contra tot capita diuersis exesa humoribus caput extollit fanatico magis turgidum fasto, quam super inducto elatum fastigio; & dum tot fascijs illud interfertis innoluit, vincula meditatur, quibus Christicolas mancipandos, & opprimendos diripiat.

Proh Monstrum immane Arabicis emersum fæcibus, Tartareis emissum faucibus, furialibus instigatum facibus, virulento prolatum liuore, voracissimo nefandum hiatu, vniuersam ferè deglutijt Asiam, Lybiam deuastauit vastam: Hinc Græciam (suæ *Gracia.* infidam Fidei pœnas soluentem) anhelis hauriens rictibus, adhuncis retinens vnguibus, Græculos vt Graculos reputans, Bizantium proprio *Bizantium.* delegit Throno, vt indè Orientales Mundi Plagas, eiusdem impio plagatas ferè omnes, vel feriendas Imperio rimaretur, Europamque totam

tam Barbarico frenaret Dominio, & excursionibus progrediens truculentis grassator, illam vsque ad viscera, intestinis discissam Bellis, discerperet.

Christiadum diuisionibus imperans, alternis Fidelium dissensionibus roboratus Turca Cyprum abstulit, & in Amoris Regia suo aperuit odio furoris scenam. Rhodum euulsit, & Martis Regnum, Solisque Theatrum in Hecatis Tumbam, & Proserpinæ aulam erexit. Hungariæ Caput euulxit Regium decomatæ, Budamque indecorè decoronatam, & Lunaribus pallidam vaporationibus, sacrilego calcauit pede, nefarijs gressibus, nefastis progessibus maculauit. *Cyprus* *Rhodus* *Buda*

